



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

4. Executori in reddendis rationibus suscepta administrationis, quatuor obseruanda sunt. Et primùm, ut reddere debeat.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

in l. nulli. C. de episc. & cler. & l. cum neces-
 sitatem C. de fideicommiss. Et eodem modo dicit
 Paul. de episcopo, quod nemini reddet ratio-
 nem, nisi Deo: vt d. l. si quis ad declinandam.
 4 † Circa tamen prædictam redditionem ratio-
 num quatuor sunt intelligenda. Primum, cui.
 Secundum, qualiter. Tertium, quando. Quar-
 tum: qua actione. De primò, cui ratio reddi
 debet. Quidam dixerunt episcopo, vt l. nulli.
 §. 1. C. de episc. & cler. Pleriq; quod iudici se-
 culari, vt §. si verò solis. & §. si verò edificat.
 in authen. de eccl. titu. Plurimi putant. quod
 hæredibus & legatarijs: quorum maxime in-
 terest: vt l. de vno quoq; .ff. de re iudic. Spec.
 vero in §. nunc aliqua. ver. sed cui. simpliciter.
 tenet, quod iudici seculari siue domino episcopo,
 in eius optione, presentibus tamen vel citatis
 hæredibus, & legatarijs: vt l. 1. & authen.
 ibi posita. C. si vt se ab hæred. se ablineat. de
 elect. c. statumimus. de testibus. c. significauit. de
 confirmatione vtili, vel inutili. c. cum dilecta.
 Idem tenet Sal. in l. nulli. per l. actus ff. de ad-
 mi. tu. dicens procedere est in executore, qui non
 est subditus episcopo, sed ab eo exemptus: vt
 cle. eos

cle. eos quib. de test. & in auth. de eccl. tit. S. si quis autem † De secundo: Quidam dixerunt per testes, vt. C. de vsufr. l. cum quidam. ff. de mino. l. intra vtil. Quidā, quod per iura. l. orphanotrophos. C. de epi. & cl. & l. si quis pro redemptione. §. 1. C. de do. Aliqui, quod per codicē rationū, vt §. œconomos in auth. de sanct. epis. Nonnulli, quod per codicem rationum cum iareiurando simul. Ex dictis aut Bald. in l. id, quod pauperibus. vltima parte & Sal. in, l. nulli. C. de episco. & cler. potest sic distingui: vel ad regulam reduci. In † expensis magnis non sufficit codex rationum: vt. l. instrumenta domestica. C. de proba. neq. iuramentum: quia non est legitima probatio. vt. l. fin. §. in compu. C. de iur. deli. Sed exigentur testes vel instrumenta: vt. l. qui accusare. C. de edendo. l. in exercendis. C. de fid. instru. Vel euidentia operis, puta capella constructa: vel sepulchrum cum architectorum æstimatione. l. fi. C. de alimen. pupil. præstan. fac. §. quod autem. in Auto. de non alie col. 3.

† Fallit primò, in expensis, quæ secretò per testamentum debent fieri: vt. l. Theopompus. ff. de